UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Eidem. 382.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

tingit: à parua autem & vili arrogantiam. At enimuerò eum iudicij ſinceritate præditum, non autem modeſtũ, vocare debemus, qui cũ peccet, id cõfitetur, ac pœnitudine ducitur, vt Publicanus. κενόδοξον autẽ, hoc eſt inanis gloriæ morbo laborantem, qui ob ea, quæ minimè agit, gloriã conſequi cupit: φιλόδοξον verò, id eſt glorię amãtem, eum, qui ob ea, quæ agit, ſibi placet: inſolentem item, qui facit quidem, ſed eo nomine gloriatur, aliósque probris afficit: magnanimum porrò, eum, qui & res ſecundas moderatè, & ſiniſtras fortiter ac ſtrenuè fert: μικρόψυχον denique, hoc eſt parui animi hominem, qui contraria magnanimo facit, ac moderatur.

εὐγνώμονα δὲ οὐ ταπεινόφρονα κλητέον, τὸν πταίοντα μὲν, ὁμολογοῦντα δὲ καὶ γνωσιμαχοῦντα, οἷος ἦν ὁ τελώνης. κενόδοξον δὲ, τὸν ἐφ' οἷς μὴ πράττει δοξάζεσθαι βουλόμενον. φιλόδοξον δὲ, τὸν ἐφ' οἷς πράττει ἐναβρυνόμενον. ὑπερήφανον δὲ, τὸν πράττοντα μὲν, σεμνυνόμενον δὲ, καὶ τοὺς ἄλλους ὀνειδίζοντα. μεγαλόψυχον δὲ, τὸν καὶ τὴν εὐημερίαν μετρίως, καὶ τὴν δυσπραγίαν γενναίως φέροντα. μικρόψυχον δὲ, τὸν τἀναντία τῷ μεγαλοψύχῳ πράττοντά τε καὶ πάσχοντα.

Eidem. 382.

Et ſi, vt abs te ſcriptum eſt, oratio plauſum peperit: at etiam orationi plauſus robur comparauit, quippe qui parenti adminiculi loco fuerit. At quoniam ſæpenumerò vſu venit, vt plauſus orationi quidẽ robur comparet, verùm Oratoris mores inficiat & labefactet, ac ſupinitatem videlicet ac ſocordiam eum tanquam porrecta manu ducens, prudentiam tuam moneo, maximè quidem vt Deo, qui huiuſmodi gratiam largitus eſt, gratiam habeas: quòd ſi etiam laudare vis (negas enim fieri poſſe vt Orationi plauſus tandem non rependatur) Orationem quidem arbitratu tuo laudans, ne nimias aduerſum me laudes contexas, vt ne me ſupinum atque ignauum reddas.

Τῷ αὐτῷ. τπβ.

Εἰ καὶ, ὡς γέγραφας, ὁ λόγος τὸν κρότον ἐγέννησεν. ἀλλ' οὖν γε καὶ ὁ κρότος τὸν λόγον ἐπέῤῥωσεν ἔρεισμα τῷ τεκόντι φανεὶς, ἀλλ' ἐπειδὴ πολλάκις ὁ κρότος τὸν μὲν λόγον νευροῖ, τὸν δὲ τρόπον τοῦ λέγοντος λυμαίνεται εἰς ὑπτιότητα αὐτὸν χειραγωγῶν, παραινῶ τῇ σῇ συνέσει, μάλιστα μὲν τῷ θεῷ εἰδέναι χάριν, τῷ καὶ τοιαύτην δεδωκότι χάριν. εἰ δὲ καὶ ἐπαινεῖν βούλει. ὡς γὰρ ἔφης ἀδύνατον, μὴ κρότοις τὸν λόγον ἀμείβεσθαι, τὸν λόγον ἐπαινῶν, ὡς βούλει, μὴ ἄμετρα ὕφαινε κατ' ἐμοῦ ἐγκώμια, ἵνα μή με ὑπτιώσῃς.

Diogeni Presbytero. 383.

Conſimili modo mihi peccare vidẽtur, & qui ad maximas virtutes ſilentio virtutẽ produnt (liuore enim hoc eſt grauiſſimo, atque prudentum virorum iudicio veniæ experte affectu contabeſcunt) & qui eos, qui omni commemoratione carent, nimis promptè ac temerè laudibus afficiunt. Siquidem adulatorũ notam atque infamiam ſibi inurunt, qui eos, qui caſtigatione opus habent, laudare aggrediuntur.

Διογένει πρεσβυτέρῳ. τπγ.

Ἀδελφὰ ἁμαρτάνειν μοι δοκοῦσιν οἵ τε ἐπὶ τοῖς μεγίστοις κατορθώμασι σιγῇ προϊέμενοι τὴν ἀλήθειαν. φθόνῳ γὰρ τήκονται, πάθει χαλεπωτάτῳ, καὶ συγγνώμης παρά γε τοῖς ἔχέφροσιν ἀμοίρῳ, καὶ οἱ προχείρως ἐπαινοῦντες τοὺς πάσης εὐφημίας ἐρήμους. τὴν γὰρ τῶν κολάκων ἐναπομάττονται δύσκλειαν, τοὺς σωφρονισμοῦ δεομένους ἐγκωμιάζειν ἐπιχειροῦντες.

Τιμοθέῳ